¹ W. f. 18' (H. f. 29'): 'Verbi gratia. Si frater aliquis simpliciter ambulans propter vitae suae meritum et innocentiae alicui forsitan preficitur monasterio, ac deinde crescente negligentia non virili robore probatur gubernare locum suum, quandiu innocenter ipse vivit et nullus fratrum per illum scandalum aliquod incurrit, debet a patre spiritali sustentari, qui et sua bene ac strenue novit regere et fraternae pacis iura non temerare. . Plus offendit, id est peccat, et negligit episcopus, qui suam diocesim totius anni revolutione non potest perlustrare et sibi commissos admonendo confortare, quam abbas pauper pro Christo et modicus, qui unius cellulae prelatione contentus concordet sibi in via domini fratres solet sicut pupillam oculi sui intentius procurare'.

² W. f. 27' (H. f. 40): 'Ut autem apertius elucescant apostoli dicta, dicendum censeo per exempla. Est ut estimo aliquis facinorosus, qui hominem nobilem atque potentem fortasse occidit, et efficitur profugus, uti illud genus hominum solet, oberrando per loca latitans, quia in propriis non sine supraemo timore degere potest. Propinqui vero et finitimi illius occisi, qui illi homicidae sepius insidias ponunt, ut ulciscantur in sanguine illius, si quem cognoscunt illum inimicum suum humanitate aliqua aut affectione solitum solacia prebere, et hospitio familiariter recreare, statim coniuratione facta tam publice persequi vel insidiis afficere illum solent, quasi ipsum qui effudit sanguinem proximi. Hinc est, quod sacri canones sanctorumque patrum decreta precipiunt illum omnino excommunicari, qui excommunicato et de ecclesiae corpore iure cultellato aliqua presumpserit familiaritate coniungi'; H. f. 154': 'Est quiddam in humanis negociis, unde huius inimicie vel excommunicationis indubium capi potest experimentum. Verbi gratia: Occidit aliquis fortuito fratrem meum uterinum et natura carnis suggerit michi, quatenus inimicissime persequar homicidam illum, si forte contingat michi in illo vindicari, ille autem vagus ac profugus uti male meritis existens invenit de notis meis quempiam, qui illi humanitatem exhibeat et amica sorte illum in omnibus foveat. Quod postquam michi conpertum fuerit, valde protinus contra eundem inimici mei susceptorem stomachatus certissimas inimicie minas intimabo et quia pro hoste debeam habere sicut illum, qui fratris mei occisor extitit, minime illi reticebo'.

³ W. f. 59 (H. f. 77): 'Ita nempe sepiissime evenit, ut imprudentes et saeculares homines tyrannide sua nos opprimere velint, et rebus ad subsidium concessis privare occasionem quaerant. Quibus quia resistere nec possumus nec debemus, si ad deum vera devotione confugimus et verae religioni operam damus, facile illos dei vincimus adiutorio, ita ut ob-

Kirche aber sollen nicht mit Gebet und kirchlichem Prunk zu Grabe geleitet werden, wie es manche Priester aus Furcht oder Habsucht thun.¹ — Nichts erinnert übrigens an die örtliche Umgebung, in der sich Theoderich befand. Alle Anspielungen sind ganz allgemein gehalten und könnten in jedem Benediktinerkloster geschrieben sein.

Dafs er bei seiner Auslegung überall nur auf den Vulgatatext zurückgeht, ist selbstverständlich, denn Kenntniss des Griechischen ging ihm offenbar völlig ab.² Auch seine lateinischen Etymologien, die nur zum Theil aus Isidor stammen, sind meist seltsam.³ Kunstausdrücke aus der Grammatik und Rhetorik kommen öfter bei ihm vor.⁴ Abgesehen von einzelnen ge-

mutescant a latratu suo maligno, quo nobis derogare soliti fuerant, et versa vice efficiantur fidi amici ac defensores, qui hactenus inimici atque raptores extiterant'; W. f. 27 (H. f. 39): 'Pene quippe unius eiusdemque dementiae est christianum hominem vel aliena appetere vel violento raptori resistere'; W. f. 9 (H. f. 19): 'Valde nanque difficile et pene impossibile est, ut qui res mundi et quae necessaria sunt humanae fragilitati administrant et procurare impositum est, ut se immaculatos ab hoc mundo custodiant, quia interdum fures ecclesiae res furantur, latrones vi rapiunt, tyranni potentialiter consumunt, familia negligenter et temere tractat. Et is qui administrat, si damnum repetit et debita reposcit, inimicitias sibi et odia conflatur, quin insuper et vitae exitium parat. Si autem simplicitate vel nimia mansuetudine reposcere damna illata negligit, verendum est, ne dissoluta remissione malum ecclesiis ipsa impunitate augeatur et sic laus domini per egestatem sumptuum diminuatur, unde pro temporis necessitate debuisset accipere incrementum'.

¹ H. f. 147: 'Hinc nanque considerandum est, quam periculose interdum sacerdotes tamque temere contra apostoli precepta conveniant, qui partim muneris partim causa timoris pro tyrannis atque ecclesie inimicis orare presumunt, quasi ter miseri in inferno, ubi mors illos pascit, aliquid melius habeant, cum illorum corpora omni ecclesiastico apparatu subterrare studeant, quorum misere anime cum illo evangelico divite in inferno sint sepulte'.

² W. f. 13' (H. f. 23'): 'Quod enim Greci decare, hoc Latini ligare dicunt. Hinc est, quod lex per decalogum data a ligando est dicta'; W. f. 40 (H. f. 54'): 'Psalterium vero sive psalmus apud Grecos apo tu psaltin hoc est a tangendo dicitur'; H. f. 153: 'Anti enim grece latine dicitur contra'.

³ W. f. 24' (H. f. 36): 'Disciplina vero dicta videtur a plenitudine discendi'; W. f. 47' (H. f. 63'): 'Prospicere nanque quasi porro videre dicitur'; W. f. 84 (H. f. 118): 'Pellicentes dicimus quasi pelle allicientes sive delectantes, quia dum instabilis anima . . pellem hoc est cutis muliebris albedinem frequentius delectando intuetur ratione mentis amissa ita inflammatur ad libidinem, ut ipsa semetipsam non capiat ob vaesaniam obsceni amoris'; W. f. 19' (H. f. 30'): 'Frenum nanque quasi ferenum dicitur, quia antiqui equum ferum vocabant, eo quod hominem aptius caeteris animalibus ferat vel quod in itinere pedes ferratos habere solet'; W. f. 98 (H. f. 135'): 'Maiestas enim dicitur quasi maior potestas'; H. f. 147: 'delictum quasi derelictum dicitur'.

⁴ W. f. 7 (H. f. 7): 'per antiphrasin id est per contrarietatem'; H. f. 106: 'Hoc schema aput grammaticos climax dicitur, hoc est scala sive gradacio'; W. f. 23' (H. f. 35): 'Quae

suchten und wunderlichen Worten, die er hie und da verwendet,¹ schreibt er im Übrigen ein klares und richtiges Latein. Er tadelt dagegen allzu gezielte, aus Eitelkeit entspringende Redekünste an einzelnen Bischöfen.²

Theoderich's Schrift über den h. Benedikt entsprach dem Zeitgeschmack und scheint sich einer gewissen Beliebtheit erfreut zu haben. Sie fand Aufnahme in das große Legendarium der österreichischen Klöster und wurde häufig abgeschrieben,³ bisweilen zusammen mit der anonymen Schrift von der Übertragung des Heiligen aus Monte Cassino nach Fleury im 7. Jahrhundert, die deshalb Trithemius und Fabricius irrig unserem Theoderich zuschreiben.⁴ Wenig beachtet wurde dagegen der von den Literaturhistorikern nirgends erwähnte Commentar zu den canonischen Briefen, von dem nur zwei Handschriften bisher bekannt geworden sind, eine ältere Theol. fol. 44 im 11. Jahrhundert geschriebene in Wirzburg, in der ganze Lagen und einzelne Blätter fehlen. Vielleicht stammt sie unmittelbar aus dem Orte ihres Ursprungs, aus Amorbach, dessen Handschriften, wie Ignaz Gropp, der Geschichtschreiber des Klosters, meldet, schon 1736 sich in einem sehr verwahrlosten Zustande befanden.⁵ Die Lücken in dieser Hand-

figura apud rethores pisma dicitur id est quaesitum, quia duobus quaesitis duplex est responsio'; W. f. 23' (H. f. 35): 'per moetoniam figuram usitatissimam'.

¹ Z. B. 'conflagramen, eructuamen, favillare, coltellare, mandatela, pastoralitas, confusibilis, fulgurabilis, invultuatus, verbosari.

² W. f. 70' (H. f. 89'): 'Sunt namque nonnulli episcoporum, qui non sunt contenti simplici sermone in doctrina catholica, sed ad semetipsos commendandos coeterisque preferendos yppotheticis atque cathegoricis utuntur syllogismis, quasi divinando infirmis auditoribus, nescientes, quod non sit regnum dei in sermone, sed in virtute'.

³ Ausser in dem österreichischen Legendarium (Arch. X, 656) sind Hss. davon in Stuttgart (Arch. XI, 272), Paris (Arch. VIII, 354), München (Oberaltaich, N. Arch. IX, 547), Wolfenbüttel (v. Heinemann, die Hss. der Herz. Bibl. zu Wolf. I p. 268, Helmstad. 322 s. XV). Über die drei römischen Hss. s. Arch. XII, 285, 326; Reifferscheid Bibl. patr. Ital. I, 411. In allen drei hat Hr. Dr. Tschiedel für mich die Widmung und das Capitel über Gallien verglichen. Die Wirzburger Hs., erwähnt von Schepfs, N. Arch. XIX, 221, Theol. fol. 26 s. XI, die in ihrem Haupttheile Schriften des h. Ambrosius enthält, wurde mir durch die Güte des Hrn. Oberbibliothekars Kerler zur Benutzung hierher übersendet. Sie trägt vorn den Vermerk: 'Et pertinet ad S. Stephanum in Herbipoli'.

⁴ In der Wirzburger (f. 196—203), Pariser und Wolfenbüttler Hs. folgt die anonyme Transl.: Cum diu gens Langobardorum der Schrift Theoderich's, in der Münchner geht sie voran; s. Trithem. Catal. ill. viror. (Francof. 1601) I, 134 'Theodericus monachus coenobii sancti Albani martyris apud Maguntiam. Ad Richardum abbatem Fuldensem de vita et miraculis sanctissimi patris nostri Benedicti, de translatione quoque eius in Galliam. a. d. 1040'; De SS. ecclesiast. ebendasselbst p. 226 heißt er nur 'monachus S. Benedicti Teutonicus'.

⁵ Ign. Gropp, Aetas mille annorum monasterii in Amorbach (Francof. 1736) p. 74:

schrift, die ich in Berlin benutzen durfte, umfassen ein großes Stück aus dem Jacobusbriefe, den Schluß des ersten und Anfang des zweiten Petrusbriefes und den größten Theil der Johannesbriefe, deren Anfang nur vorliegt.¹ Hinten sind zwei etwas jüngere, ganz fremdartige Blätter angebunden, die außer einer Homilie Beda's den Rhythmus über die Wunder der h. Jungfrau Walburga von Megiward² enthalten, jedoch am Schluß unvollständig.

Eine jüngere, sehr schön und sorgsam geschriebene Handschrift von Theoderich's Commentar aus dem 15. Jahrhundert, jedoch auf Pergament, hat sich in Wolfenbüttel erhalten (Helmstad. 330), wohin sie aus Helmstedt gelangt ist, nachdem sie ursprünglich im Besitze des Flacius sich befunden hatte, der meines Wissens jedoch keinen Gebrauch davon gemacht hat. Wenn diese Handschrift, in der das Werk Theoderich's 163 Blätter füllt, auch keine sehr erheblichen Abweichungen von der anderen aufweist, so ist sie dennoch nicht aus ihr abgeleitet, gewährt sogar einzelne Verbesserungen und ergänzt sämtliche Lücken. Sie ist durch acht schöne Initialen geziert und bringt die Capitelüberschriften auch am Rande. Auf beide Handschriften wurde zuerst durch die Handschriftenkataloge von Heinemann und Kerler, ferner durch Wattenbach und Schepfs³ aufmerksam gemacht.

Ich lasse nachstehend die Widmungen Theoderich's an den Abt Richard folgen, von denen nur die erste bisher (nicht gut) gedruckt war, ferner von der *Illatio S. Benedicti* die auf seinen Aufenthalt in St. Benoît be-

'Sane membranos codices Richardi aetate exaratos habuere nostri non paucos, qui partim distracti ab aliis, partim .. dilacerati sunt, ut ligandis libris male adhibiti paucis adhuc restantibus'.

¹ Von den 109 Blättern der Hs. werden 107 durch den Commentar gefüllt, von welchem der zum Iacobus auf f. 42' endet: *'Iam enim tempus est vel modicum nos respirare, ut quia unius libelli continentia epistolam beati Iacobi apostoli utcumque terminavimus ad discutiendum subsequens opus animos nostros quoquomodo liberiores reddamus'*. Nach den Quaternionenbezeichnungen fehlt das letzte Blatt von I und II vollständig, III–X sind vorhanden, von XI nur 6 Blätter (Lücke zwischen f. 71' und 72), XII fehlt ganz, XIII–XV vorhanden. Auf f. 107 bricht der Text mit den Worten ab: *'Incipit epistola sancti Iohannis secunda. Senior Electae dominae et natis eius quos ego diligo'*.

² Der Rhythmus auf die h. Walburga ist auf f. 109–109' in vier Spalten geschrieben, mehrfach durchlöchert, die Schrift zum Theil abgekratzt und verblasst. Von dem Druck *Acta SS.* Februar. III, 551 ff. fehlt v. 3. 4 und der Schluß, da der erhaltene Text mit den Worten abbricht: *'Incurvatur denuo voto facto matricae'*.

³ *S. Neues Archiv* XIX, 221.

züglichen Capitel 3 und 4, sowie das Traumgesicht am Schluss. Von dem Commentar zu den canonischen Briefen theile ich als Probe den Anfang mit, sodann die später eingeschobene Erzählung und das was sich daran unmittelbar anschließt.

I.

Incipit¹ apollogetica² prefatio cuiusdam³ Diederici⁴ monachi ad venerabilem Richardum Amorbacensis⁵ cenobii abbatem.

Exigis a me, mi pater reverende Richarde, quatenus aliquo tibi compendiose⁶ commoditatis stilo pro modulo cyati⁷ mei palificare quantotius non differam, quaenam causa existat illius festivitatis beatissimi patris monachorum Benedicti,⁸ quae apud Gallos non mediocriter, sed precipue celebratur in diebus dominici adventus, in quibus orientales monachi, velut⁹ in quadragesima, austerius¹⁰ solent vivere, et sub maxima monasticae institutionis disciplina vigilantius¹¹ natale domini expectare.

Et, ut reor, aliqua suspicione conductus putas me tam¹² sacro desiderio quoquó modo satisfacere posse, quippe qui in quibusdam negotiis¹³ hoc ipsum te asseris aliás expertum fore. Ad¹⁴ haec mitius: 'Quinam,¹⁵ inquam, fieri potest, ut homo agrestis liberaliumque elementorum, quibus ratio¹⁶ totius disputationis confici¹⁷ necesse est, fere¹⁸ expers, absque multorum invectissima reprehensione ignota aliqua vel peregrina pudore monachili¹⁹ postposito scribendi gratia temerare presumat? Presertim cum plures tecum habeantur nostri ordinis nostrique propositi fratres, qui pro ipsa sui reverentia non temere possunt nonni vocitari,²⁰ quique²¹ paterna tua iussione aurium vivacissimo pulsu admonente huius operis onus subire valeant²² sine redargutionis dispendio'.

'Quare, inquires ad haec, yronicis²³ scematibus nostram nostrorumque inscitiam²⁴ tam impudenter verbosando deludis? Potens est enim deus et

¹ ex codd. Wirziburg. (W.) f. 185, Christinae reg. 498 (C1) f. 1, 586 (C2) f. 71', 1864 (C3) f. 73'. ² om. C1, apologetica C2. ³ cuiusdam — abbatem om. C1. ⁴ mon. Theoderici W. ⁵ Amorbacensis C2, Marbacensis C3. ⁶ compendioso C2. ⁷ ingenii Mab. ⁸ om. C2. ⁹ velud C1. ¹⁰ hausterius W., C2, aust. corr. in haust. C1. ¹¹ vigilantius C3. ¹² iam C1. ¹³ negotiis C1. ¹⁴ At Mab. ¹⁵ quidnam C3, Mab. ¹⁶ rationem Mab. ¹⁷ configi Mab. ¹⁸ om. Mab., fore del. C3. ¹⁹ monachali Mab. ²⁰ non invocari Mab. ²¹ quippe Mab. ²² valent C2. 3, Mab. ²³ hironicis C3. ²⁴ inscitiam C2.

nobis aliqua suae laudi non incongrua distillare, qui tibi tuisque Gallis tam largiflue dignatus est pluere.¹ Atqui si ipsissimus² ille Augustinus de superis ad nos delapsus inpresentiarum³ adesset, qui totum mundum iam libris suis replevit, haud⁴ ideo huius negotii iugum indomitus cornipeta⁵ evaderes.⁶ Quonam modo tametsi, uti tua alludit⁷ lascivia, michi lucubratoris⁸ igniculi⁹ fratres non deessent, qui plena auctoritate catholico stilo catholicis auribus deservire possent, hactenus¹⁰ Germaniae inaudita scriptitare¹¹ valuissent? Nam Lucanum novimus¹² ob hoc poetae nomen non promeruisse, quod absque fictione quae proprie¹³ convenit poetae,¹⁴ veritatem prosecutus est Punicae hystoriae. Nos autem multo magis decet nichil unquam fingere, quos constat ipsi veritati fide et professione adherere debere. Quocirca cessa, obsecro, a tanta garrulitate verborum et que tandem aliquando velis nolis, nisi quod non credo cervicosus tui oblitus exstiteris,¹⁵ prosequi habebis, aptius dulcioribus¹⁶ utens verbis sulcis vitulinis anserinum inponendo¹⁷ ne differas vomerem.¹⁸ Te quippe solum ac specialem novimus Germanicis latitantem¹⁹ anfractibus, qui plures apud Gallos coemisti²⁰ annos, et non hoc tantum, sed in illo solitario atque unice²¹ disciplinato obversatus es monachorum archisterio, quod ob²² sacratissimi monarchis²³ Benedicti glebae continentiam²⁴ omnium pene monasteriorum optinet monarchiam. Nam noveris non²⁵ necesse²⁶ esse te scribere, qualiter beatissimus pater noster de hoc mundo migraverit²⁷ ad dominum, eo quod omnis pene christianitas non ignoret, neque translationem eius prodere, sed tantummodo festivitatem illam, quam illationem vocant, et quare illatio dicatur, quaeque²⁸ pridie Nonas Decembris agitur, quia multotiens²⁹ eidem festivitati interfuisti, quatenus per tuam assertionem liquidius assignatam in posterum per annos singulos pro exiguitate nostra³⁰ et nos omni religionis et laudis divinae apparatu festivi inveniamur, utpote voluntarii in

¹ impluere C 3, Mab. ² ipsissimus C 3, celsissimus pro si ips. Mab. ³ si add. Mab.
⁴ haut C 2, aut Mab. ⁵ cornupeta C I. 2. 3. Mab. ⁶ evaderet Mab.
⁷ alludit Mab. ⁸ lucubrationis C I. ⁹ ingenioli Mab. ¹⁰ actenus C 3, corr. in hact. C I
¹¹ om. C I, scribere Mab. ¹² om. C I. ¹³ om. Mab. ¹⁴ poetis Mab.
¹⁵ extiteris C I. 2. 3. ¹⁶ dulcioribus C I. ¹⁷ deponendo Mab., qui clangorem add., in p. manu rec. corr. in dep. W., impon. C I. 2. 3. ¹⁸ exprimere pro vomerem Mab.
¹⁹ laetantem Mab. ²⁰ senuisti Mab. ²¹ unico Mab. ²² om. Mab.
²³ monarches Mab., corr. in — chis W. ²⁴ continentia Mab. ²⁵ om. C 3.
²⁶ om. C I. 2. 3, Mab. ²⁷ migravit Mab. ²⁸ quae Mab. ²⁹ multocias C I.
³⁰ nostras corr. in nostra C I.

lege domini. Quia dignum et aequum omnino fore censeo, ut post primos et beatos apostolos sanctissimum patrem nostrum, cuius magisterio colla subiecimus, omni honore et gaudio veneremur prestantius.

‘Undique me’, inquam, ‘video, pater, praesentissima¹ veritate tuis illationibus ita circumvallatum, ut nusquam mihi aliqua pateat excusationis munitiuncula, nec inficiari valeo, quin uti tua paternitas asserit, michi haec notissima comprobentur. Et revera, quia coram iudice tacere confiteri est, superponam² digitum ori meo, nec amplius recalcitrare vel musitando temptabo. Tuis, mi pater, orationibus confisus experiar quae iniungis, ea videlicet ratione, ne inplumem³ aviculam extra nidum tuum evolare⁴ permittas.’ [Explicit praefatio.]⁵

II.

(III) Est quippe Gallia prae omnibus terris sumptuum copia fertilissima, insuper et artium liberalium suptilitate⁶ avidissima et, ut totum dicam, monasticae religionis integritate cautissima. Et quia, secundum apo-Rom. 8, 28. stolum, diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, excepta Italia, quae Romano cacumini est contigua⁷, non invenitur in totius orbis habitabili⁸ area tot sanctorum milium capax terra. Quapropter gazophilacium domini videtur esse Gallia et quasi caelestis patriarchii clavicularia, quae tam innumera membrorum⁹ Christi inclusa reservat pignora¹⁰. Nam superbit apud Parisium, quod optinet apostolum suum preciosum Dyonisium¹¹. Non autem¹² minus gloriatur apud Turonicam urbem, quod ibi fovet incomparabilem sacerdotem Martinum. Remis nobilitatur in Remigio Francorum apostolo. Aurelianis tripudiat cum Aniano¹³ mirae sanctitatis episcopo. Lemovicas¹⁴ congaudet Marciali¹⁵ episcopo, primo apostolorum principis discipulo. Apud Bellovacas¹⁶ collaetatur¹⁷ martiri Luciano¹⁸. [Virimandenses¹⁹ egregio martiri Quintino, sed et Suessionenses adplaudunt miro affectu cordis nobilissimo dei athlete Sebastiano. Nichilominus Karnopolis, quae etiam Compendium nominata, Francorum regum sedes famosissima, sanctissimum pa-

¹ praestantiss. Mab. ² supponam Mab. ³ inplumam Cr. ⁴ avolare Mab.
⁵ Expl. praef. om. Cr, Mab. ⁶ subtil. Cr. 3. ⁷ continua Mab. ⁸ habitaculi
C 3. ⁹ membrorum C 3. ¹⁰ corr. in pignora C 2, pignora Mab. ¹¹ Dionisium
Cr. 2. ¹² min. aut. C. 1. ¹³ Anniano Mab. ¹⁴ Lemovecas corr. in -vicas Cr,
Lemovicis Mab. ¹⁵ de Martiale Mab. ¹⁶ Bellovacas Cr, Bellovacas C 2, civitatem
Bellovacam C 3, Bellovacum Mab. ¹⁷ conletantur preciosissimo C 3. ¹⁸ Quintino W,
C 1. 2. ¹⁹ Virimandenses — Eligius C 3, deest ceteris codd.

pam Cornelium retinens eius martirii insignes representat excubias. No-
viomo quiescit almus confessor Christi Eligius.] Sed quia dies ante quam
sanctorum copia me¹ deficiet, non tacebo, quod potissimum¹ apud Floriacum
sacratissimo² applaudet³ monachorum⁴ patri⁵ Benedicto. Tantisper vero
de ornatu Galliae per excessus commemorasse sufficiat. Hinc stilus histo-
ricus⁵ ad coepta redeat.

(III) Situm nanque prefati loci Floriacensis monasterii, ubi beatissimus
pater Benedictus in pace repausat, et adventum redemptoris expectat, si
quis curiosius scire desiderat, hoc modo notitiam capiat. Instar quippe
trigoni a commeantibus⁶ visitur sisti, et ut expressius⁷ dicam, in modum
deltae litterae proprio statu cernitur syderium⁸ cornu occupare. Nam a sep-
tentrione Franciam, ab oriente Burgundiam, ab australi vero axe⁹ Aequi-
tanium tangit. Sicque in confinio trium regnorum¹⁰ veluti presens inter
praeteritum et futurum naturali ordine optinet primatum, et sicut perfectus
numerus inter imperfectum et plusquamperfectum ipsa¹¹ medietate vicem
ac locum possidet virtutum. Sed redeundum est ad ceptae narrationis
textum.

III.

Nuper quoque nostrisque propemodum fecelentis temporibus¹² quiddam
memorable ibi eadem crepitante festivitate accidit. Quod quia memoratu
dignum monasticis auribus approbo, themate quo valeo silentio non sup-
primo. Destinatum quippe michi est gloriam et honorem tanti asyli et
spiritualis luctae gymnasii non tacere, immo ecclesiasticis auribus queque
honestae et sanctae sunt, enucleatius intimare temptare.

Cum eidem festivitati, de qua hactenus egimus, enormis multitudo
fidelium quadam vice operam daret occurrere, et maximus monachorum
exercitus, uti solet, in loco eodem conflueret, quatenus patri Benedicto
attentius sollemnizarent, et episcoporum atque abbatum numerositas inter-
esset, persoluta festivi vigiliarum sonora sinaxi atque matutinorum odori-
feris finitis hymnis, iuxta morem regularis ordinis cymbalum a decano
percussum lassis fratribus, quia adhuc de nocte aliquid superfuit, quies-

¹ om. Mab. ² sacratis C 2. 3, sacratus Mab. ³ applaudit C 1, applaudat
Mab. ⁴ monachorum C 2. ⁵ om. C 3, chorus Mab. ⁶ a comm. om. Mab.
⁷ pressius Mab. ⁸ sydereum corr. in ium W. ⁹ parte Mab. ¹⁰ regionum
Mab. ¹¹ nam Mab. ¹² Cf. supra p. 15 n. 1.

cendum significavit, quatenus illucescente die sacris missarum sollempniis validiores redderentur. Cumque se fratres in pausatorio ad quiescendum recollocarent et vulgus ex toto exfluxisset de monasterio, senex quidam monachus nomine Christianus, qui eiusdem loci aedituus extitit, solus in oratorio remansit. Quiescentibus autem cunctis Christianus se beato patri Benedicto more solito ad orationem prostravit. Diutius vero orationi incumbens, subito lassitudine cogente obdormivit.¹ O felix somnium!

Cum ecce subito vir veneranda canicie, vultu decoratus angelico, habitu monachico trabeatus et puer quasi duodennis cambutae eius baiulus sequens eum lento pede accessit et interrogavit eum dicens: 'Quid tu hic, frater Christiane? Ubi sunt fratres nostri?' Qui respondit: 'Vere pater in dormitorio repasant, quia nox longissima est, et lassati valde sunt'. Et ille 'Bene', inquit, 'agunt'. Ac deinde: 'Cognoscisne me, ait, frater mi?' At ille 'Minime' inquit. 'Ego sum, ait, frater Benedictus huius loci provisor et custos et puer pedissequa quem vides filius meus est in Christo Placidus puerulus. Surge ergo vivacius, et dic omnibus fratribus nostris ex mea parte salutem et veram caritatem. Nam ad nocturnas hic vigiliis hac nocte non affui, qui in aliis occupatus exstiti. Ut autem se diligentius caveant, germanitus admone, pro certo scientes, quia hodie oportet me missarum sollempniis interesse. Quare autem vigiliis matutinis minime interfuerim, haec causa est. Nam noveris hac nocte fratrem nostrum Reginharium prepositum in Britannia oceani, ubi oboedientiae gratia tanto tempore substitit, ex hac vita migrasse, me autem funeri eius necessario interesse. Ibi vero noctu remoratus, quia antiquus humani generis inimicus multa sibi obiciens, in suum animam eius transferre² omni malignitate molitus est. Ego vero hoc non sufferens, quippe qui meam criminationem vereri quivissem, si illum indefensatum reliquissem. Et quia quamvis negligens in multis exstitisset, quia obedientiam in peregrinatione finetenus custodivit, non sum passus illum perire, sed clementer de manu inimici eripui, et iam excelsis sedibus collocavi'. His dictis cum pedibus beati³ patris vellet advolvi, evigilat senex. Quid plura? Fratribus in capitulo post primam residentibus surgit

¹ Cf. SS. XV, 498 lin. 15: 'lassitudine cogente obdormivit'. Cf. W. f. 68' (H. f. 87'): 'Multos enim vidimus, non solum religiosos quosdam de clero et sacerdotes canonibus sacris subditos, verum etiam (quod gravius est) nonnullos monastici ordinis, qui nocturnis fratrum vigiliis interesse studuerunt, sed tamen infructuose sibi, quia ita oppressi erant somno, ut nec unum quidem versiculum per totam sinaxin ex cordis intentione complerent.' ² tranferre W. ³ beatri C.

Christianus senex et quae sibi iniuncta fuerant, cunctis coram retexit. Quo accepto nuntio omnes pariter se terrae prosternunt, et lacrimosis suspiriis gratias agunt. Tunc dominus abbas fratres ad confessionem vocat, ut emundarent conscientias suas vehementer admonuit, ne conspectibus tanti patris aliquod offensionis obstaculum occurrere potuisset. Qui peracto capituli conventu omnes in vestiarium prouunt, et sic decenter albis et cappis induti procedunt, missarum sollempniis corde simul et corpore ornati insistunt. Evangelio vero pronuntiato satis superque eminere coepit, quia pater Benedictus secundum suam sponsonem sacris mysteriis interfuit. Nam septuaginta et quinque infirmi omnimode infirmitatis retinaculis tamdiu nexi in ipsa celebratione missarum ab omni incommoditate liberati ad propria sunt regressi, laudantes et benedicentes dominum, qui vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

IV.

[Prologus].

Domino patrique in Christo reverentissimo bis bina virtutum rota sublimato Richardo ipsaque sui precellentia omnibus pene per orbem Germaniae patribus praelato suus ille sibi unico amore conexus Theodericus divini familiaris iocundissimum pignus.

Pacatissimo, mi pater, animo uti proprio subiugali onera ferenda essent imposita, si non noviter et pre manibus iniuncta, ipsa sui vigoris magnitudine preponderantia imbecilli senis humeris forent importabilia. Testor equidem conscientias nostris presidentem deum, quia si ita mihi suppeditaret facultas, quemadmodum monachilis oboedientiae voluntas, nihil a me omnino vestri procrastinaretur precepti. Immenso quippe animi stupore attonitus sum, qualiter vel quemadmodum vestro in pectore talis sit exorta cogitatio, quatenus praetermissis et quasi vilipensis tam multis eruditus viris, et ut ita dixerim septeno oculo invultuatis, inertem senem et in ipso ultimo suspirio cum morte configentem absque omni armatura navigii tam horribile ponti chaos intrare decernatis. Investigabile namque iter esse cernitis, eo quod idem pelagus rarus hactenus nauta sulcaverit, et inde mirandum est validius, quo me vultis ire infestius. Calamum enim tanto tempore cum inertiae tum et imbecillitatis causa vacantem ad exponendas prout dominus donare dignabitur epistolas, quas vocant kanonicas, acuere iubetis, ea tantum discretionis ratione, ut si ad plenum apostolica verba nequaquam valeam, uti se res habet, explanare, sal-

tem aliquam divino fretus fomite ex ipsa litteraturae superficie debeam quomodo scintillam excutere. Quod quia de domini nostri Iesu Christi solita misericordia confidens abnuere nequeo, immo nec debeo; ad fratrum nostrorum solamina vestro modificante imperio totus confugio, quatenus eorum patrocinii divinus ille me respectus irradiare dignetur, qui eosdem sanctos apostolos et sui amoris igne perpetualiter inflammavit et inaudito omnibus retro seculis magisterio in omnem induxit veritatem. Si enim in humanis negotiis et quae ad huius curam seculi corporibus nostris necessariam pertinent divinum quaerere iubemur auxilium, quanto magis enitendum est in divinis et permanentibus? Non quidem de propriis, quae nulla sunt, presumo meritis, nisi sub vestris paternis ad illa sublimia provear alis speculamina, unde beati apostoli tanta hauserunt veritatis eructuamina, ut digna possim digne describere.

[Capitula epistole Iacobi apostoli].

- De inimicorum insectationibus risui deputandis. De temptationibus.
- De homine vero, quod sit operis dominici documentum.
- De sermone divino, quod sit operis indicio predicandus.
- De cultura religionis et ministerio pietatis.
- De caelestibus divitiis et terrenis quae egestate animas consumunt.
- De lege libertatis et severitate. De nudis sermonibus et fide sine opere.
- De fide quae non potest opere remoto fieri, firmari elemosinis possit.
- De magistris qui certi tota professione esse non possunt. De lingua vix domabili.
- De sapientia caelesti et terrena.
- De amicitia dei, quod mundi nequeant fore amatores participes.
- De his qui vera loquuntur. De incerto vitae et prolixis disputationibus.
- De suppliciis divitum. De adversariorum tolerantia et retributione.
- De passione domini et martyrum. De remediis vitae presentis.
- De virtutibus sanctorum, et conversionibus eorum qui fuerant peccatis astricti.

[Finiunt capitula].

Inter omnes divinarum paginarum scriptores iure meritoque apostolica coruscat auctoritas, quae ita divino moderamine ubique digesta est, quatenus utriusque testamenti preconium in se continere videatur. Quicquid enim lex et prophetae sub velamine litterae atque enigmatum ambiguitate protulerunt, beati apostoli qui dominum legis ac prophetarum, Christum scilicet, in carne videre meruerunt, ipsius presentiae magisterio edocti, utpote a vero sole incomparabiliter illuminati luminosissimis eloquiis nobis dilucidaverunt. Quapropter post ascensionem salvatoris, cuius vicarii pastores iam effecti fuerant, ne oves domini a pabulo divini verbi diutius ieiuni remanerent,

quidam illorum ad scribenda evangelia, quidam vero ad componendas exhortatorias epistolas sigillo fidei munitas se contulerunt. Ex quibus unus beatus Iacobus cognomento frater domini erat, quem ipse dominus Hierosolimae episcopum prefecerat. Is enim in ordine harum epistolarum, quas canonicas vocamus, id est regulares, primum optinet locum. Canonicas autem iccirco appellatas existimo, eo quod moralem per omnia in se sensum contineant et fidem dominicam in cordibus fidelium probis moribus et vitae modestiâ componant. Curae nanque apostolis fuit rudem adhuc ecclesiam quasi novellam plantationem divinae admonitionis imbribus irrigare et quandam totius rectitudinis normam illi antepone, per quam a dextris et a sinistris gradiendo inoffenso pede ad caelorum posset alta conscendere. Per regulam quippe apostolicarum auctoritatum oportet nos ducatum sequi dominicorum actuum, ut cui nos totos dedimus in die baptismatis, eius semper deinceps studeamus sequi vestigia humilitatis, sicut beatus Iohannes in sua

1. Ioh. 2, 6. epistola confirmat dicens: 'Qui vult in Christo manere debet sicut ille ambulavit et ipse ambulare'. Huic sententiae valde asstipulatur egregius predicator dicens: 'Empti estis precio magno et non estis vestri'. Et alibi:

1. Cor. 6, 20. 'An nescitis, inquit, quia cui exhibetis vos servos ad oboediendum, servi estis eius cui oboedistis, sive peccati in mortem, sive oboeditionis ad iustitiam?' Hinc est quod beatissimus pater noster Benedictus in sua rubrica

Rom. 6, 16. c. 58. asserit: 'Quia nec proprii corporis potestatem habeat monachus ex die, qua se secundum monasticam disciplinam voto et promissione sanctae submittit regulae'. Nam servi et pueri in scholis inviti vapulant cum delinquunt, monachi vero econtra prevaricatores regulae inventi laeto corde obedientiae gratia dulcia habent verbera, eo quod non habeant potestatem contradicendi, veluti ovis, quando ducitur ad victimam. Quaeri autem solet a nonnullis, qui sit iste Iacobus, cuius pre manibus epistolam discutere nitimur, quia duos eiusdem nominis in cathalogo apostolorum invenimus: Iacobum videlicet Alphei, quem fratrem domini, eo quod de matertera eius natus sit,

Act. 12, 2. cognominant, alterum vero filium Zebedei fratrem Iohannis, quem sicut Lucas testatur Herodes tetrarcha mox inter ipsa occidit aeccliesiae primordia. Sed vere et absque ulla dubietate sanctorum patrum relatu comperimus, quod iste sit Iacobus frater domini, qui primitivae in Hierosolimis ecclesiae prefuit episcopus, quique ab omnibus Iudaeis cognominabatur iustus. Iam vero quae sit eiusdem epistolae salutatio audiamus, ut cognitis et mittentis et accipientium personis largiorem intelligentiae exitum invenire valeamus.

[Explicit prologus. Incipit expositio venerabilis magistri Theoderici in
epistolas canonicas.]

Iacobus dei et domini nostri Iesu Christi servus duodecim tribubus quae sunt in dispersione salutem. Quod enim se fatetur servum dei omnipotentis videlicet patris ac statim subinfert et domini nostri Iesu Christi, aequalitatem divinitatis patris et filii ostendit, quia quicquid habet pater habet et filius. Omnes quidem christiani iure servi dei vocarentur et essent, si professionem christianitatis non foedarent labe iniquitatis. Sed quia dominus relationem habet ad servum itidemque servus ad dominum, non potest quisquam eius vocari servus, quantum ad ius relationis ac debitae servitutis quem dominum non habet. Vocantur tamen multi servi dei, sed quia deum nec timore venerantur nec intimo amore amplectuntur, illusorie potius quam effective servi nuncupantur. Unde beatus martyr Sebastianus in ostensione insignis miraculi dixisse fertur:¹ 'Si ego verus Christi servus sum'. Hoc schema apud grammaticos notio dicitur, quando per rem aliquam nominatam res latens innotescit. . . .

V.

Rem, fratres, vestrae caritati breviter suggero, quae ad multorum iam f. 10
notitiam longe lateque per Germaniae partes pervenit, et meae pusillitati
a tam religiosis personis relatam esse constat, ut de hac ambigere nullo
modo queam. Nostris modo temporibus apud civitatem Pannoniae quae
Salzburg barbarico vocabulo nuncupatur, quae totius Baioariae metropolis
modo habetur, cuiusdam comitis filius tunc temporis bonae indolis libera-
libus disciplinis studuit, qui servum sibi coetaneum omni familiaritate, uti²
pueris moris est, nutriri secum ac doceri permisit. Cumque ambo in phi-
losophiae laribus sumptu idoneo educati in virile robur evaderent, ad sa-
cerdotalis ordinis dignitatem ambo uno eodemque die promoti sunt guber-
nante tunc eandem ecclesiam beatae memoriae Benzoni archiepiscopo. Ac-
cepto ergo prespiteratus ministerio infra xxxta dierum spacium quo sine
intersticio more ecclesiae oraria illis de collo pendebant, accidit quadam
die, ut episcopus illum nobilem virum noviter consecratum ad se vocaret³
atque ab eo missam sibi celerius fieri propter expeditionem quandam de-

¹ Cf. Acta S. Sebastiani c. 7 § 24 (Acta SS. Boll. Ianuar. II, 268).

² ut W.

³ vocare W.

posceret. At ille suus proprius clericus et conprespiter episcopo se optulit dicens: 'O presul, noli modo inquietare senioremeum, ego presto sum missam tibi quantotius agere'. Haec audiens senior illius egerrime tulit atque in haec verba se dedit: 'O miser, quare oblitus es conditionis tuae, in qua natus es? Quomodo consequens est, ut servus asstante episcopo missam celebrare presumat?' Quibus auditis episcopus valde obstupuit, eumque blandioribus verbis compescuit dicens: 'Noli, inquit, mi fili, noli tam plasphema verba in mea presentia proferre, quia aures ecclesiasticae non possunt ea sufferre. Mihi crede, quia tantum mihi valet missa per illum tuum prespiterum celebrata, quantum etiam per tuam excellentiam facta, et ut totum dicam, quod in hoc mistico sacramento habetur, veraciter scias, quia missa, quam ego per memetipsum ago, non praecellit missam ab eo¹ celebratam, nec illa nostrae redemptionis mysteria plus sortiuntur sanctitatis propter meum presulatum quam per eius prespiteratum. An tuam adhuc latet fraternitatem, quod spiritus sanctus, qui largitor donorum et distributor est omnium dignitatum, nec in maximis augetur nec in minimis minuitur? Certe nos episcopi specialia quaedam habemus, quae ad prespiteros non pertinent, sicuti est chrismatis initiatio, manuum quoque impositio, altaris consecratio, tamen in missarum celebratione et baptismatis perfectione nihil differimus ab illis.'

His auditis iuvenis tantorum adhuc ignarus mysteriorum amaro coepit animo recalcitrare episcopo dicens: 'Vere scias, o presul, quia nunquam tibi hac in re consentiam, ut missa, quam ille servus celebrat, aequalem sanctitatis habeat honorem cum ea, quae per me celebratur. Tamen si ita se res in hoc negotio habet, ut nunc asseris, certe penitet me aut tonsuram concessisse aut ad ordines ecclesiasticos unquam² accessisse, et ab hac hora maluero laicis et seculo in armis utentibus agglutinari, quam servis in ecclesiasticis gradibus consociari'. Et his dictis solvit orarium de collo et reddidit episcopo dicens: 'Hoc mihi tu dedisti, per quod me similem servo meo fecisti, recipe nunc et da illi, cui persuadere poteris, ut faciat se servorum socium propter hoc ministerium'. Ergo in hac obstinatione perdurante flens et eiulans remeavit ad propria et non solum ecclesiasticos ordines postposuit, verum etiam arma induit, et tonsuram floccipendit sicque se instigante satana apostatam fecit. Quem episcopus collecto synodo revocare ab huiusmodi apostasia studuit, sed per

¹ illo H.

² om. W.

quinquennium nullo modo valuit. Iam vero cessantibus omnibus ecclesiastici vigoris argumentis, et episcopus dolore plenus divina concurrit¹ ad arma et indicto ieiunio triduo omnem ecclesiam suam divinitati enixius pro illo supplicare disposuit. Quo peracto illo captivo quiescente in stratu suo, subito angelus domini cubiculum eius illapsus magnam vocem emisit dicens: 'Mucro, mucro evagina te'. Et hoc dicto arripuit gladium, ut trucidaret miserum. Cumque extendisset manum ad iugulum coepit miser interrogare eum dicens: 'Quis es, domine mi, aut quid promerui,² ut occidere me velis?' Cui ille: 'Ego sum, inquit, durus tibi nuntius de caelo missus, ut occidam te, quia spiritum sanctum blasphemasti, et eius munera vilipendisti'. At ille in haec verba prorupit: 'Per Christum te coniuro, qui pro peccatoribus mori dignatus est, ut me vivere permittas, quatenus errorem meum prius merear deflere et emendatum³ facias ad sanctae matris ecclesiae gremium remeare'. His obtestationibus angelus superatus iuveni pepercit et manum a caede retraxit. Qui ilico surgens cum gravi gemitu ad episcopum rediens sanctae ecclesiae per dignam satisfactionem reconciliari meruit et in posterum sub magna se disciplina timoris domini constrinxit, et omnes quos antea sua perditione moestos reddidit, humili poenitudine laetificavit sicque revixit qui erat mortuus, et iterum cepit ecclesiae epulis interesse qui tanto tempore periclitatus est peste inediae. Haec ad exemplum dicta sufficiant, ne quis amplius quod absit in similia offendat.

Sequitur apostolus et dicit errorem illorum, qui observant personarum

Iac. 2, 1.

acceptationem sive in ecclesiastico ordine sive in prelationis necessitate. Si etenim inquit introierit aliquis in conventum vestrum vir, aureum habens anulum, et in veste candida, introierit autem et pauper in sordido habitu, et intendatis in eum qui indutus est veste preclara, et dixeritis: tu sede hic bene, pauperi autem dicatis: tu sta illic aut sede sub scabello pedum meorum, nonne iudicatis apud vosmetipsos, et facti estis iudices cogitationum iniquarum?

2, 2.

2, 3.

2, 4.

Haec verba apostoli tam manifeste loquuntur prefatum errorem, ut magis historialiter attendenda sint quam allegorice exponenda. Nonne istam adhuc vanitatem regnare in seculo quotidie probamus? Tali vero modo divina inter se et humana depugnant iudicia, quia homo tantum videt⁴ in facie, deus autem in corde. Quid enim magis perturbat ecclesiae statum, quam quod reges et

¹ concurrat H.

² merui H.

³ emendare corr. in tum W.

⁴ vidit W.

- principes non merita, sed personas in constituenda sancti regiminis cura attendunt? Nonne propter hoc prodigium pene vacillat studium virtutum? Omnes quippe hereses ab agro dominicae culturae evangelica falce recisae sunt, sola illa symoniaca pestis tam tenaciter et ut ita dicam radicitus adhuc haeret, ut totiens totiensque recisa alia velut hidrae capita succrescant. Nam in exordio ecclesiae non super caput meum, et ad lumen eius ambulabam in tenebris? Ecce, fratres mei, in diebus patrum nostrorum, quando orthodoxi reges et principes ecclesiae gubernacula tenebant, non fuit personarum acceptio in constituendis ecclesiarum vel monasteriorum rectoribus, sed pia discretio spiritualium personarum, quae a sapientissimis regni consultoribus sive passim per regularia caenobiorum septa sive etiam per remota heremi latibula explorabantur, in quibus vitae angelicae usus triumphabat, et de quarum meritis mundus stabat et regnorum sceptrum summa pace vigeant. Tales etenim tunc eligebantur ad ecclesiarum regimina, in quibus nulla ventosae loquacitatis erat petulantia, sed catholicae gravitatis et evangelicae predicationis invicta constantia. Quorum studio atque labore, si qua adhuc in ecclesia inveniuntur verae religionis vestigia, procul dubio sumpsere status sui primordia. Quis etenim mente constitutus non videat, quam vigilanter caulas dominicas potuerunt providere, qui semetipsos studuerunt tot annis prius mortificare et crucifigere mundo, ut possent soli vivere deo? Nunc autem nihil horum est, sed sicut in libro regum legitur: 'quisquis volebat ad sacerdotium pertingere, implebat manum suam et fiebat sacerdos'.
3. Reg. 13, 33. Unde et sequitur. 'Nonne inquit ipsi subaudis divites blasphemant nomen bonum, quod invocatum est super nos? Quod est enim illud nomen bonum, quod invocatum est super nos et quod divites, id est mundi amatores, blasphemant? nisi quod monachi sumus, nisi quod lenocinia carnalis illecebrae perhorrescimus et paupertatem pro divitiis amplectimur? Solent namque illi voluptuosi episcopi fratres nostros despiciere, et hircosos vocitare, quia ovinis pellibus atque melotis vestiuntur, ipsi autem mastrugati histrionum more incedant, preferentes contra naturam vulpes et soricos mundis ovium velleribus, cum redemptor noster agnus dei suo nos vellere dignatus sit, ut oves eius et vocemur et simus. Monachi vero oves domini sunt, de quibus ipse in evangelio ait: 'Oves meae vocem meam audiunt, et ego agnosco eas et sequuntur me et ego vitam aeternam do eis'. Vulpes quippe hereticos esse et hypochritas testatur sponsa in canticis dicens:
- Iac. 2, 7.
- Ioh. 10, 27.

‘Capite nobis vulpes parvulas quae demoliuntur vineas nostras’. Et psalmista: ‘partes, inquit, vulpium erunt’. Ecce qualiter saeculares nomen bonum plasphe-
Cant. 2, 15.
Psalm
62, 11.

Sequitur:¹ Si tamen legem perficitis regalem secundum scripturam,² diliges proximum tuum sicut te ipsum, bene facitis. Temperat modo apostolus sermonem suum monens intentionem cordis humani magis deum inspicere quam opera. Dicit namque, quia quod divites preferunt pauperibus in ordine sacri regiminis, si simpliciter nihil in eis mali suspicantes hoc faciant, eo quod omnes velut proximos diligant, secundum legem bene faciant. Quod autem sequitur et dicit: si vero personas accipitis, peccatum operamini, redarguti a lege quasi transgressores, facile patet sensus, quia lex precipit dicens: ‘Non accipies personam in iudicio’. Si enim eligimus super nos episcopum de nobilioribus natum, et hoc simpliciter agimus sine corruptione alicuius muneris, vel etiam timore potestatis, non peccamus, quia scriptum est: ‘qui ambulat simpliciter, ambulat confidenter’. Si autem personas³ aspicimus, arguit nos lex transgressionis, quia prohibet personam attendere. Quod vero facile quisque promovebatur ad regimen, nisi fide et moribus probaretur esse perfectus et institutis patrum apprime esset imbutus, nunc autem non secundum morum perfectionem, sed secundum principis libitum ad ecclesiae regimen quisque perducitur. In hoc namque quotidie impleri videmus Isaiiae vaticinium, quia ‘omne caput languidum et omne cor moerens a planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas’. Illos quoque videmus ad regimen ecclesiae promoveri, quibus anuli ex digitis radiant, et qui veste preclara coruscant, quos pater Ieronimus⁴ potius iudicat esse spon-
Iac. 2, 9.
Deut.
16, 19.
Prov.
10, 9.
Isai. 1, 5. 6.
Ioh. 7, 24.
Iac. 2, 4.

¹ De lege libertatis et severitate cap. VII ad marg. H.

² scripturas H.

³ personam H.

⁴ Epist. 22 ad Eustoch. § 28 (Opp. ed. Vallarsius I, 110): Tales cum videris, sponso magis aestimato quam clericos.

cium divino iudicio preponunt. Et hoc modo sunt iudices cogitationum iniquarum, hoc est fautores et laudatores propriae et¹ non divinae voluntatis. Unde videamus, quid sequatur:

- Iac. 2, 5. Audite inquit fratres dilectissimi, hoc est intelligite et auscultate attentius. Nonne deus elegit pauperes in hoc mundo, divites in
- 2, 6. fide et heredes regni, quod repromisit deus diligentibus se? Vos autem exhonorastis pauperem. Tota ista sententia pendet ex superioribus, ubi illis impropert, quod propter divitias et huius seculi falsos honores
- 2, 5. homines honorarent et divina iudicia postponerent. Nonne inquit elegit deus pauperes in hoc mundo, nos videlicet et apostolos suos, quibus dixit:
- Matth. 5, 3. 'beati pauperes quia vestrum est regnum dei'. Et revera tales pauperes divites erant in fide, in qua vicerunt omnia regna mundi et principes populi domini constituti sunt super omnem terram. Et ideo, quia elegerunt pro domino pauperes esse in hoc mundo, heredes regni coelorum iure facti sunt, quod
- Iac. 2, 6. promisit deus diligentibus se. Vos autem versa vice inquit exhonorastis pauperem et elegistis divitem, mundi amatorem, quasi deus sit personarum id est nobilitatum acceptor, hoc est amator, quod falsum est. Exhonorastis inquit pauperem id est vilipendistis sive reprobastis, quem divina providentia ante secula elegit et probavit. Modo sequitur et humano iudicio convincit illos stulte et temere agere, videlicet quia divites extollunt et pro-
- Iac. 2, 6. vehunt honoribus, quos infestissimos patiuntur insectatores. Nonne, inquit, divites opprimunt vos, et ipsi tradunt vos ad iudicia? Ideo nanque minus debuissetis illos honorare, vel ad regimen promovere, quia, si aliquam fertis adversus eos querelam, statim opprimunt vos per potentiam, et iniuriam vobis faciunt dicentes: 'Quid volunt isti rustici? Quid habent adversum nos servi et mendici, de pauperrimis nati? Restringamus illos verberibus et contumeliis, ut qualitercunque agamus nos, non sint ausi amplius contra nos vel musitare'. His quippe aliisque plurimis infortuniis ita nostris temporibus navis quatitur ecclesiae, ut spiritales in ea viri positi quotidie cum beato
- Iob 29, 2. 3. Iob gemendo cogantur dicere: 'Quis mihi tribuat, ut sim iuxta menses pristinos secundum dies quibus deus custodiebat me, quando splendebat lucerna eius. . . .

. . . . dicit si legem perficitis regalem, nihil aliud vult intelligi per regalem legem, nisi principalem, id est optimam et precipuam. Unde et Paulus

¹ om. W.

docet regiam viam esse gradiendam, hoc est principalem et inreprehensibilem. Est enim usitatus apud homines sermo, ut dicatur pro hoc quod probatum est illud quod placere omnibus volumus. Dicimus namque in persuadendo amicum, ut nobis consentiat ad convivandum: 'Veni tandem in domum meam, et si non dedero tibi regale vinum, noli manere mecum'¹. . . .

VI.

Iohannis I.

Meminit sancta karitas tua, pater optime Richarde, quia tuo persuasu f. 103
dulcissimo praesenti anno pro modulo parvitat^{is} meae, in quantum subru-
tilare spiritus sanctus dignatus est, explanando tibi eliquaverim quicquid
mysticum atque opacum in epistola illa beati Iohannis apostoli sensi, que
post albas² per totam³ ecclesiam solet⁴ paschali iocunditate recitari, quod
beatus Augustinus, organam⁵ sancti spiritus, eo loci libro suo terminum
fecerit, nec ultra ipsum disputando aliquid processerit. Et ego quoque
ipsius lectionis tenore quo in ecclesiis recitatur contentus, explanationis
modum in eo loco feci, ubi terminatur. Sed quia desiderium tuum in
divinis lectionibus fervere cognosco, dabo operam tuis presumens meritis,
si quomodo ea, que de eiusdem apostoli sacris epistolis intacta adhuc⁶ re-
stant, tue elucubrationis gratia pandereque paternitati. Quamquam etenim
me inparem sciam⁷ aliquid vel linguatim⁸ de siligine Augustini lambere,
illius tamen Cananitidis mulieris fide ex toto innisus interdum me sentio
unâ cum catellis dominicis subambulare mensis atque⁹ ex his, que negligenter
sternuntur,¹⁰ utpote famelicum quiddam¹¹ sumere micis. Augustino quoque
ceterisque dominis¹² meis totius mense plenitudinem dimitto: mecum autem
bene agitur, si de illorum reliquiis fragmentorum¹³ aliqua in sortem cedunt
crustula. Non enim rivulus comparari potest mari,¹⁴ tamen rivulus si-

Matth.
15, 27.

¹ Cf. ad Iac. 3, 5: 'Nam sepius videmus, quia, quando viatores intrant silvam, ut pernoctent in ea, excutiunt sibi de silice parvissimam scintillam, unde sibi ingentem faciunt focum, et ipse ignis deinde per silvam oberrans maximum facit incendium' (W. f. 20, H. f. 31). ² abas W. ³ tota W. ⁴ sole corr. in soli W. ⁵ orgn W.
⁶ aduc W. ⁷ sciencia H. ⁸ velinquatim W. ⁹ adque W. ¹⁰ om. W.
¹¹ famelicus quidam W. ¹² dominicis W. ¹³ fragmentorum W. ¹⁴ mare corr.
in mari W.

cientes¹ potat, arva inundando fecundat: sic² quoque mea dicta sufficiunt rusticis et idiotis, Augustini autem aliorumque patrum tonitrua et misteriorum insignia non nisi philosophie³ domesticis. Sequentia quoque, que de memorata epistola remanent a parvitate mea intacta, hunc modum continent. Qui non credit filium mendacem facit eum⁴....

1. Ioh.

5, 10.

¹ sicientis corr in -tes W., sicientem H. ² si W. ³ filosofie W.

⁴ Ultima huius commentarii verba (H. f. 157') haec sunt: 'Ecce est pater quod promisi. Stultus effectus sum, tu me coegisti. Explicit epistola Iohannis tercia'.